

MATTHÆI RADERI
DE SOCIETATE IESV,
AD
M. VALERII
MARTIALIS EPI-
GRAMMATON
LIBROS OMNES,

PLENIS COMMENTARIIS,
NOVO STUDIO CONFECTIS, EX-
PLICATOS, EMENDATOS, ILLV-
STRATOS

*Rerumq; & verborum, lemmatum item, & communium locorum
variis & copiosis INDICIBVS auctos,*

CVRÆ SECUNDÆ

ANNO



M. DC. XI.

Cum gratia & privilegio Cæsares Maiestatis,

INGOLSTADII

Ex Typographæo ADAMI SARTORII.

Ostendit deinde Ciaconius ex Fulgentio, Liuiio, Plinio, Plutarcho, Varrone, Festo Pompeio, Laetantio, Propertio, Ouidio, Inscriptionibus Semonē Sancum vetustum gentibus barbaris Sabinis & Latinis pro Deo cultū, multis sæculis ante Christum natū. Deū concludit. *Ceterum videant docti viri, an Iustinus Martyr, utpote externus, & Latine lingue non admodum peritus, ex ea inscriptione deceptus, in Apologia secunda ita scribat: Post Christi ascensionem in cælum iidem genij subornarunt quosdam homines, qui se prò diu gererent: qui honores etiam apud vos consecuti sunt, tantum abest, ut pulsi fuerint: Sicut Semonē quendam Samaritanum ortum ex oppido Gritto, qui sub Claudio Cesare subnixus ope demonum, & fretus magicis artibus, in hac vrbe regia deus est habitus, & quasi Deus honoratus statuā posita in Tiberi inter duos pontes cum hoc Latino titulo, SIMONI DEO SANCTO. Hæc Iustinus, qui existimasse videtur Semonem esse Simonem. Refert etiam Irenæus lib. 1. contra hæreses, cap. 20. Simonem à Claudio Imp. statuā fuisse honoratum: sed id à Iustino accepit, ut Tertullianus in Apologetico, cap. 13. cum scribit: Cum Simonem Magum statuā & inscriptione SANCTI DEI inaugurati. ut etiam Eusebius Cæsariensis lib. 2. hist. cap. 12. Nicephorus lib. 2. cap. 13. & Nicetas Choniates lib. 4. Thesauri cap. 1. Suspicantur nonnulli Laureoli personam Christianum egisse, hoc est martyrem fuisse, quod mihi nondum credibile visum. LVCANO.) De Lucania vnde prestantes & immanes, Romam mittebantur vsi. Plinius lib. 3. cap. 5. Varro lib. 4. de l. l. LACERERIS.) Syncopa, prò lacerareris, aut certè enallage temporum, si legas, tunc; Nec syncopa, nec enallage, si nunc, scribas, ut scribendum censeo, & exemplaria habēt. Alloquitur enim præsentem Dædalum, dum laniaretur ab vrsō. q. d. Dædale cum sic distraharis ab vrsō, quàm cuperes habere pēnas tuas. habuisse tamen pro præsentem ponitur τὸ ἐν αὐτῷ. Nam hæc formula huic par est. Tu, cum sic esuriās, quàm cuperes aut cupias habere (non habuisse) vitum. aut huic. Tu cum sic discerparis ab vrsō, quàm cupias habere pennas tuas? QVAM VELLES PENNAS NVNC HAB. TVAS.) Cum caderes ut Icarus cap. 12. apud Suetonium in Nerone ipso primo statim conatu cecidit iuxta Neronis cubiculum, id est, suggestum in Amphitheatro, quod instar cubiculi erat. lege Calaubonum ad illum locum. NVNC.) Iusta lectio, sensus est, quàm velles nunc habuisse pennas illas, quas tunc habuisti cum à Cretā auolares cum Icaro ut Ouid. canit. 8.*

—pennisq; leuatus

Ante volat, comitib; timet, velut ales ab alto.

De Rhinocerote.

VIII

IX.

*Præstitit exhibitus tot à tibi Caesar arenā,
Quæ non promisit pralia Rhinoceros.
O quàm terribiles exarsit pronus in iras.
Quantus erat cornu, cui pila taurus erat.*

Rhinocerotis & Tauri pugnam describit. Rhinocerotis victoris cornu miratur. Rhinoceros ut Pausanias depingit lib. 9. Animal est cui in summa nare cornu est, & aliud super illud, non magnum. *Ῥινοκερὸς ἄρα τῆς κεφαλῆς ἐν τῇ νάρει ἔχει κέρατα, ἃ καὶ ἐν τῇ ἀντιπώρῃ ἔχει.* Hinc Rhinoceros dictus est à cornu illo maiore è nare prorumpente. Plinius lib. 8. cap. 20. longitudine parem elephantō scribit, cruribus tamen breuioribus, colore buxo, cui vnum in nare cornu sit, quod pugnaturus limat ad saxum, Hostem elephantī. Dio tradit lib. 5. *Ῥινοκερὸς ὅμοιος ἐστὶν ἐλεφάντι, ἔχει δὲ ἐν τῇ νάρει κέρατα, καὶ ἐν τῇ ἀντιπώρῃ κέρατα, διὰ τὸ ὅτι οὗτοι κέρατα ἔχουσιν.* Rhinoceros similis aliqua ex parte elephantī, cornu eminens habet in nare, vnde dictus est Rhinoceros. Effigiem habes apud Gesnerum & Pierium lib. 2. de Rhinocerote. Plura de hoc infra, nec idem Rhinoceros seu nari cornis, & monoceros seu vnicornis. PRÆSTITIT PRALIA QVÆ NON PROMISIT.) Aegrè irritantur rhinocerotes ad pugnam. Martialis infra epigr. 22. *solicitant panidi, &c.* Et,

Desperabantur promissi pralia Martii.

Irritabantur autem flagello, igne, & ferro candente, stimulis, ut infra docebimus. EXHIBITVS.) Dio in Augusto lib. 51. Rhinocerotem ab Augusto tradit exhibitum. Sueton. in Aug. cap. 34. Rhinocerotem ab eodem Augusto Romæ inusitatum apud septa ostensum tradit. Plinius tamen lib. cap. 20. Pompei Magni ludis Rhinocerota spectatum dicit. Postea sequentes Imperatores monstrauere, nec tamen omnes, de Tito proum est suspicari, quod Suetonius dicat omne genus ferarum ab illo datum. De Domitiano nummus docet Rhinocerotem gerens cum vrsū iactato. de vtroque fortè Martialis. Pollio in Gallieno inter feras Romæ interfectas numerat Rhinocerotem. PRONVS.) Cornu submisso ad tollendum taurum, & fera aliās etiam prona. CUI PILA TAURVS ERAT.) Lib. 14. epigr. 53. hæc verba repetit.

Nuper

Naper in Ausoniâ domini spectatus arenâ
Hic erit ille tibi xai pila taurus erat.

Tauri pilis irritabantur, non illis quibus ludebatur, sed in effigiem humanam formatis, ut mox infra docebimus. Rhinoceroti verò ipse taurus pro pila erat, tam leue illi pondus taurus. Vnde robur bestię discis, quod admiratur poëta, nec prę magnitudine expromit ut leōri, quod solet, meditandum relinquat.

De Leone qui gubernatorem offendit.

x.

IX.

*Laferat ingrato Leo perfidus ore magistrum
Ausus tam notas contemnerare manus,
Sed dignas tanto persoluit crimine pœnas,
Et qui non tulerat verbera, tela tulit.
Quos decet esse hominum tali sub principe mores,
Qui iubet ingenium mitius esse feris?*

Collos leonũ
Seneca.

Lemma declarat epigramma, quod in laudem Cæsaris finit, quem à clementia commendat. GUBERNATOREM) Mansuetarium vocauit in Heliogabalo Lampridius & Firmicus. Noster magistrum in hoc epigr. & infra 17. 18. & 22. Strabo διδάσκαλον & χερτοφύλον. Glossa. Elephantiam tamen rector pręter communia nomina etiam sua & propria habet, quod suo loco monebimus. Gręcis etiam Leonum domitor dicitur, λιοντοκώμω, λιοντοφύλω ήμμερτοϊδς. Mansuetariis Manilius & mathematici genitalia sidera tribuunt Leonem, Scorpionem & Sagittarium. Man. lib. 4. de Sagittario.

Et quibus in bisero centauri corpore fors est
Nascendi concessa libet coniungere currus. & mox.
Quadrupedum omne genus (vel genus impositum) domitare magistrum
Exorare tigres, rabiemq; auferre Leoni.

In apotelesmatis sphaerę barbaricę mansuetarius egregiè depingitur, apponam Manilij ver-
sus ex. v. De natis sub Leone & Scorpio.

Non inimica fera tali sub tempore natum
Ora feret placidas reget in commercia gentes,
Ille manu vastos poterit frenare Leones
Et palpare Lupos, Pantheram ludere captum, &c.

Infra ponemus cetera. INGRATO ORE.) Alioqui gratissimum animal, ut non nisi vehementer irritatum, sęueque verberatum in magistrum sęuuisse putem. Nota est Androcli seu ut alij malunt Androdi Daci historia ex 5. Gellij cap. 14. dictumque vulgo. Hic est Leo hospes hominis, hic est homo hospes leonis. Eiusdem est mentio apud Senecam 2. de ben. Leonem, inquit, in Amphitheatro spectauimus, qui vnum ē bestiarii agnitum, cum quondam eius fuisset magister, protexit ab impetu bestiarum. Plura grati animi signa in leone leges apud Plinium lib. 8. Aeliano ἀνδροκλῆς lib. 7. var. cap. 48. dicitur. ἀνδροκλῆς ἡ τρυφῶν διελκοῖς βοῶν & ἀγροδιδύων. Androcles bestiis obiectus, &c. Enimvero ut beneficiorum sunt non immemores, ita non obliuiscuntur iniuriarum, quod Philostratus lib. 7. docet, cum mansuetarium his verbis instituit. μήτε παῖσι, μήτε καλῶν ὄντων, μήτε διὰ τοῦτον, ἀλλὰ ὡς ὅτι οὐκ ἐστὶν ἡμῶν, ἀλλὰ τοῦ κοινού. Ne verberent eos, memores enim & ultionis appetentes sunt: ne blandiantur aut studiosius tractent: ex eo enim intumescunt, sed manu palantes, ad facilitatem & mansuetudinem deducant. Nec falsa monet; comitem certè Iubę regis adolescentem nobilem, à quo sagitta percussus erat, post annum occursum inter exercitum totum, agnouit, & solum inuasit, omnibusque frustra opem ferentibus, in conspectu omnium lacerauit. PERFIDVS.) Ut qui iura humanitatis pręter morem, iam mansuetus violatit, sed corripi morem, nec enim fera, quamuis domita, fidendum, Nam verè Homerus

ὅτι ἐστὶν ἄνθρωπος καὶ ἀνδρῶν δεξιὰ πιστά.

Fœdera sunt hominem non fida interq; leonem.

Tigres enim & leones, ut epist. 89. verè Seneca. non excunt, sed tantum submitunt feritatem. Elegans est & de lupo ingrato & perfido epigramma ἀλώποτος, quod propter vltimum versum totum apponam, Ovis de lupo & pastore querimonia.

Τὸν λύκον ἐξ ἰδίων μαζῶν τρέφω καὶ ἐδίδυμα,
Ἀλλὰ μὴ ἀναγνώζει σὺ μὲν ἀφ' ὧν ἐστίν.

Αἰετοῦ

*Hesperidum templi custos epulasq; Draconi
Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore fructus.*

De loco etiam Dionys. de situ orbis.

Πείραξιν ἐν γαίῃς πρὸς τὰς ἀπὸ τοῦ ἑσπερίδων λιγυρόων.
Vltimus Hesperidum locus est in margine terra.

Hesperides Hesperi Atlantis filia Aegle, Arethusa, Hespertusa, hortos habuere nobilissimos in extrema parte Aethiopiæ ad occidentem, in eisq; aurea mala Ladon Draco custodiebat, quem Hercules interfecit, hortumq; auro spoliavit. Lege de horto Hesperidum Plinium lib. 19. cap. 4. & lib. 37. cap. 2. Strab. lib. 3. Apollonium lib. 4. Diodorus verò Siculus lib. 4. oues, ait, in Hesperidibus fuisse aurei coloris, eoq; aurea mala dicta poetis; oues enim Græcis μήλα quoque nominantur, vnde ex ἡμῶν μήλα, vocis nata fabulæ occasio. Tzetzes aurea mala stellas interpretatur, & Herculem solem, vt Macrobius 1. Sat. 20. Herculis nomen in solem conuenire docet. De pomis & Hortis Hesperidum, lege Ouid. 4. Met.

*Mille greges illi totidemq; armenta per herbas
Errabant, & humum vicina nulla premebat
Arboræ frondes auro radiante nitentes
Ex auro ramos, ex auro poma ferebant.*

Et quæ sequuntur.

AD EVIT IMMIXTVM PEC. GEN. OM. FERARVM) Lego pecori, non pecudum, quod ita elarior compositio, & intellectus commodior. pecus domesticos quadrupedum greges, boues, inquam, equos, mulos, oues, & hoc genus bestias continet, feræ: leones, apros, tigres, &c. Ramirefius hic nodum in scirpo non quærit, sed facit, retineo meam explanationem etiam aliis laudatam. Legatur Musambertius. Fortè tamen non ineptè emendares

*Adfuit immixtum pecudum genus omne, ferarumq;
Et supra: —*

Ita Dracontius:

Gignitur omne genus pecudum, genus omne ferarum.

ET SUPRA VAT. MVL. PEP. AVIS) Quidius.

*Tale nemus vates attraxerat, inq; ferarum
Consilio medius turba volucrumq; sedebat.*

IPSE SED INGRATO IAC. LAC. AB VRSO) Orpheus ille ficitus & noxius, immisso in eum vrsio laniatus est, qui Bacchidum partes expleuit, à quibus Orpheus discerptus canitur. INGRATO) vt qui beneficium cantus, & Musicæ, maleficio, & crudelitate compensarit, vel surdo, qui ad modos Orphei non attenderit, alioqui flectendus, vt Ouid. 10. canit.

*Cunctaq; tela forent cantu mollita, sed ingens
Clamor, & inflato Berecynthia tibia cornu
Tympanaq; & Plausus, & Bacchei vlulatus
Obstrepuere sono cytharæ, tum deniq; saxa
Non exauditi rubuerunt sanguine Bacchi.*

HAEC TAMEN VT RES EST FACTA, ITA FICTA ALIA EST) Supra epig. 4. accepit fabula prisca fidem, & 7.

Et:

*In quo quæ fuerat fabula, pœna fuit.
Quidquid fama canit, donat arena tibi.*

Quare verò hanc antiqui fabulam finxerint, docebit Horatius de arte poet.

*Siluestres homines facer interpretsq; Deorum
Cadibus, & victu sædo deterruit Orpheus
Dictus ob id lenire tigres rabidosq; leones.*

Plura Mythographi. Plurima Natalis in Orpheo.

De Rhinocerote.

XXII.

XXI.

*Sollicitant pauidi dum Rhinocerotæ magistri
Seq; diu magna colligit ira fera:
Desperabantur promissi praelia Martis;
Sed tamen, is rediit cognitus ante furor;
Namq; grauem gemino cornu sic extulit * vrsū,
Factat ut impositas taurus in astra pilas.*

Rhino-

Rhinocerotis cum vrsu pugnam describit. SOLLICITANT) Reuocatur supra ad 19. epig. de elephante scripsi ad illum versum:

Qui modò per totam flammam stimulat arenam.

Et epig. 10. de leone.

Et qui non tulerat verba—

Ad pugnam enim, stimulis, igne, flagellis, pilis, mappis, aliisque irritabantur non sine periculo magistrorum, in quos nonnumquam sollicitantes ira feræ conuersa, ut supra de leone. d. Hinc poeta magistros Rhinocerotæ instigantes vocat pauidos, quod vererentur ne in se bestiam mouerent, aut si non mouerentur, populo displicerent, qui lentas pugnas oderat, ut infra poeta.

I nunc & lentas corripit turba moras.

SEQVE DIV MAG. COLLIRA FERAE) A Egere irritari belluam etiam supra ostendit Martialis, ep. 9. *Qua non promisit praelia Rhinoceros.* Et Pierius lib. 2. de Rhinocero. *Sunt enim qui lentitudinem irascendi, ac nullum mox adhibuit modum exascendi, per huius animalis Hieroglyphicum intelligent. Nam in eo conueniunt auctores, magna indigere irritatione: Sed ubi irasci ceperit esse ferocissimum, quod & altero Martialis epigrammate, &c.*

DESPERABANTVR PROMISSI PRAEL. MART.) Cum supra dixerit praestitisse, quæ non promiserat, praelia, hic accipe promissa praelia exemplo superioris pugnae cum tauro, uti enim ibi præter spem populi pugnavit, ita sperabant etiam pugnaturum, quod cum lentius faceret, desperabant. SED TAMEN IS REDIIT COG. ANTE FVROR) Is furor qui ante epig. 9. describitur cognitus.

(O quam terribiles enascit prorsus in iras.)

Iam notus populo rediit, ut non putem, id, *ἡ, πλεονασμὸς* dictum, sed signatè, & *ἀποδυνάμει*. Hoc enim epigramma, & superius de ead. bestia scriptum est, quod Marcellus fatetur, sed aliter exponit, & quia videbat detortam explanationem, versum putauit emendandum, legendumque pro is, ei. seruo communem omnium codicum fidem. NAMQVE GRAVEM GEMINO CORNU) Versus controuersus, variaeque scriptorum sententiae. Angelus Politianus geminum cornu non ad Rhinocerotem, sed taurum refert, non quod, ut sentiunt Batavi, Rhinoceros hic cum vro vel tauro pugnarit, sed quia vrsus tauro grauis, in cuius se cornua implicabat, à Rhinocero tamen perinde iactaretur, ac levis pila à tauro. Ita gemino cornu dandi casum, non auferendi tribuit, quasi vrsus geminis tauri cornibus fuerit grauis, ut apud Propertium— *& reddere pinu, pinu, pro, pinui.* Virg. 1. AEn. *Parce metum Cytherae,* & 4. Georg. *Quod nec concubitu indulgent.* antiquo casu, de quo Gellius lib. 4. cap. 16. copiose, & Virgilij interpretes, quem casum minimè negamus, sed alienam poetæ, magisque ingeniosam, quam veram censeo enarrationem, quod geminum cornu Rhinocerotis, non tauro assignemus, ut explicata sententia docet, tollere aliquem cornu, manu, proboscide. Non nemo hic pro tauro contra vrsu pugnat, & scribit, vrum non vrsu. Vro sanè gemina cornua esse nemo negatum ibit. Sed cum bestia illa, ut ex Cesare & aliis constat, sit propè par elephanto, magnitudine, haud prorsus est credere ita iactatum vrum à Rhinocero ut pilam, & rectè Marcellus, meo animo, sentiat, id factum nunquam nec futurum. Domitius & Perottus geminum non propriè, sed *τεταρτακῶς* pro magno, ingenti, eoque vno cornu exponunt. Quo pacto locutum Virg. *gemino dentalia dorso.* & Silium.

Inq. gemens geminam contra venabula fertur.

Enimvero nihil attinet ad tropos confugere, cum simplex intellectus est in promptu, idemque verus & germanus, qui quidem hic est. Rhinoceros gemino cornu suo vrum sic extulit, ut pilam taurus. Rhinoceroti verò geminum esse cornu, Pausanias lib. 9. his verbis ostendit, *Ἐπεὶ τῷ πρὶν ἢ τῷ ἑτέρῳ ὅλῳ, καὶ ἀλλοῦ ὅλῳ αὐτὸν εἶναι.* In singulis illis in summa nare est cornu & aliud, supra illud, (ut Marcellus & Calderinus, in humeris) *ὅλῳ αὐτὸν* inquit Pausanias, non magnum. Bodinus & Ritterhusius ad 2. Oppian. minus sub maiori ponit. Vtrumque autem cornu in naribus erat, sic enim Eucherius. *Terribilis fera Rhinoceros, cui gemina in naribus cornua.* Immo hoc ipsum credo spectaculum à poeta describi, quod in Domitiani Nummis expressum est, in quibus Rhinoceros spectatur nares gemino cornu insignis. Pierius lib. 2. *Nuper, inquit, allatus est ex India inferiori ad Lusitaniam regem, cuius imaginem ad Leonem X. P. M. transmissam vidimus, vnum quidem cornu in nare habet, alterum superne* (intellico supra narem) *prorumpit, non aded magnum, sed praevalidum esse Lusitani omnes, qui animal viderunt, attestantur.* Strabo tamen & Elianus, Plinius, Solinus & Oppianus, vnum illi tantum cornu tribuunt, altero minore, fortè propter paruitatem neglecto. Ad extremum disce multum diuersum esse Rhinocerotem à Monocero, quos tamen aliqui sacrarum litterarum interpretes, noui, veteres, non secernunt, alterumque pro altero sine discrimine ponunt. Tertullianus etiam lib. aduersus Iudeos, quando illa verba Deut. 33. exponit: *Tauri decore eum, cornua unicornis cornua eum.* Non utique, inquit, *Rhinoceros destinabatur unicorni, vel Minotaurum Bicorni.* In Tertulliani sententiam Pamellus concedit, qui Rhinocerotis aliqua cornua extare insignia apud Dionysium iuxta Parisios in thesauris regis affirmat, contra eos qui Rhinocerotem vnico cornu (Monocerotem vult intelligi) in rerum natura fuisse negant. Rhinocerotem certè negare nemo potuit, cum & theatra Romæ spectarent, & volumina scriptorum nobilissimorum præter diuinas litteras passim testentur. Sed unicornem, seu Monocerotem negatum, etsi falsò, scriptoribus nonnullis dico. Plinius vtrumque

*Nam. 32. P. 91.
Exaltabitur
sicut Unicornis
cornu meum.*

animal. seorsim, diuerso ingenio, corpore, forma, habitu describit. Rhinocerotam lib. 8. cap. 20. Monocerotam lib. 8. cap. 21. Aelianus eod. modo separat vtrumque. Monocerotem quidem, Indis interioribus Cartazono dictum lib. 26. cap. 30. de animal. toto ferè capite, Rhinocerotem verò lib. 17. cap. 44. Vbi simul ait superuacaneum videri Rhinocerotem multis, & Romanis, & Græcis visum, formamque scientibus describere. Idem tauros Aethiopicos etiam à Rhinocero te seiungit. Zetzes chil. 5. cap. 8. *Ἡ ἐὶορὶς μορὴς αὐτῶν τῶν χαίρειν φιλοσόφῃς, &c.* Quasi odorū amant fera est, quam ut capiant, iuuenem fortem ac validum aromatis cumulant, vnicornis odore illecta, cornu manuleis iuuenis implicat, ille astringit, alij cornu abscindunt. B. Gregorius in Moralibus. Virgo, inquit, ei puella proponitur, qua venienti sinum aperit, in quo illz omni ferocitate postposita, caput deponit sicq; ab eis, à quibus capi queritur, repertè velut inermis inuenerit. Idem ferè Isidorus lib. 12. cap. 2. narrat. Expono igitur vrsū. Rhinoceros bicornis, suo cornu gemino non secus vrsū in aërem est ei aculatus, atque taurus pilam, hoc est, effigiem hominis fœneam, aut alia materia fartam. Hoc interim non dissimulo à Rhinocero te etiam tauros iactatos, vt supra dictum, epig. 9.

Quantus erat cornu, cui pila taurus erat.

Et lib. 14. epig. 53.

Hic erit ille tibi cui pila taurus erat.

Quæ videntur Batauis fauere, qui vrum, non vrsū scribunt. Sed ingens discrimen est inter vrum & taurum, quem ille multum mole & vastitate superat. Lege de vro, Plinium lib. 8. cap. 15. Solinum. 32. Cæf. lib. 6. de bello Gallico. Macrobius lib. 6. Sat. Seruius ad 2. Georg. Iterum Plinium lib. 11. cap. 37. Et Physiologum apud S. Epiphanium cap. 3. Hæc cum ego, ex Apollinis, vt rebar, consulto, de hoc vrsō, contra vrum decrevissem, ecce tibi adest amicus, qui me tot rationibus erudit, & propè obruit, vt reuerà à sententia nihil minus cogitantem abduceret, atque in suam adduceret: Quid enim, inquit, magnam & mirificum dicit poëta, si vrsū Rhinoceros euerit? certè vrsi non tales sunt, qui non possunt ab animali quod elephanto prope par est, facile in altum iactari, præsertim cum ipsi tauri, si vrsū cornu prono prebendant, facillimè iactent, quod ego vidi hisce oculis. Deinde improbabile, vrsū cum Rhinocero commissum, planè impari commissione: neq; enim vrsū spem victoria contra Rhinocerotem habeat. Et turpe inducere tale par ferarum, quarum vna vinci non difficulter & magno conatu possit, altera nullo modo vincere. Porro sicut ignominiam indicat gladiator cum inferiore componi, vt inquit Seneca, ita ignominiam pat affect populus Roman. sibi spectaculi miri loco obici vrsū cum Rhinocero, cum vrsō non sit spes victoria. Velsicire aueo, qua arte vrsū Rhinocerotem illum armatū, & cataphractū quasi, & tantum vna sui parte vulnere periculum, conficere possit. Neq; delectabant populum imperia compurata. Neq; Martialis tanquam rem miram ostentare potuisset, etiam si Rhinoceros vrsū extulerit, quod & taurus possit. Præterea GRAVE MPOCAT Martialis, quod Epitheton vro magis conueniat quàm vrsō, cum quilibet taurus vrsō grauior sit. Nec verè est adeo aduocatus vrum à Rhinocero tolli in altum, cui pila taurus erat toties apud Martialem, lib. spect. epig. 9. & lib. 14. epig. 53. Et licet mole taurum superet vrum, vt ad elephanti vastitatem aliquo modo accedat, tamen non ita ingenti intervallo taurum superat. Maior mole vrum quàm taurus faetor, sed minor elephanto. quid mirum ergo si Rhinoceros, cui pila taurus erat sapissimè, aliquando in vrum eadem furoris felicitate sit vrsū, præsertim tam diu extimulato furore, qui se in ingentem iram & immanes vires collegerit, quod solum Martialis exaggerat hoc epigr. neq; video quomodo vrsū hic satisfaciatur. * Quin & bubalum potuit nomine vri poëta intellexisse. Constat enim ex Plinio lib. 8. cap. 15 & Solino cap. 32. bubali nomen vri vulgè impositum. Quicquid sit, si vrsū retineamus, tanto nil dignum est vrsū biatu. Neque dicas. Vrsū ferrox satū est, qui etiam leoni committi potest, quare non impar comparatio Vrsi & Rhinocerotis. Impar omnino. cessant enim omnes causæ in commissione Vrsi & Rhinocerotis, quæ vrsi & leoni commissionem iucundam reddunt: nam leo & vrsū prope pares sunt vastitate, & mole, & ferocia, deinde ferociam leonū paulò maiorem, miro astu domare, & eludere nouit vrsū, quod iucundam reddit hanc pugnam.

Postremò, quare minimè credam Vrsū & Rhinocerotem esse commissum, est, quia firmus vrsos (quantum in se defendendo sint firmi & statarii, & etiam feroces, si prius inuadantur) non prorare vltro facile in eruentem illam pugnam, sed tardos inuasores esse, & nisi urgeantur à rabie incitati hosti, vel diu irriterentur, non solent primi lacessere: nam vrsō ferè omne præsidium est in stataria pugna (intelligitur quid volum) Quare cum Rhinoceros tardissime in iras exurgat, & diutius quàm vlla fera stimulari debeat, antequam pugnet (vt Martialis testis hic epig. 22. & supra epig. 9.) Quaso qui sibi persuadeat commissum esse par ferarum tam impar mole, & tam parū tarditatis & lentæ iræ, quæ tam ingratas moras traherent? Quàm autem exosapopulo hac tarditas, & mora bestiarum fuerit, testis Martialis epig. 22. & 23. Inunc & lentas corripet turba moras. Mihi nemo persuaserit, sine sibi populi potuisse committi, tam in iras lentum par, ne dum à Martiale laudari. Nisi qui dixerit plures feræ simul imbutuisse, & quibus fortè vrsū Rhinoceros prehensum iactarit. Sed hoc fingere est. Hæc firmamenta adducit ille, quæ si tibi tam certa videntur, quam mihi, mecum poteris vrsū in vrum transformare. Nummus tamen Domitiani (quem Pierius expressum dedit) formam Rhinocerotis vrsū iactantis representans, adhuc scrupulum in animo relinquit. Sed tanti non est, vel si solidus sit, vt in solidum satisfaciatur. Concludo sententiam, videri non vrum, sed bubalum, quem vulgus vrum appellabat, fuisse, quod poëta, meo quidem animo, ipse dicit, cum aliis locis taurum vocat, nec de diuersis tauris epig. 9. & 22. & lib. 14. 53. scripta arbitror, sed vno duntaxat. Geminum proinde cornu hic vro, non Rhinocero ti, cui tamen geminum non detraho, assignabis. etsi in Rhinocerotem verba poëta non minùs, quàm in taurum conueniant.

De

Bulemperum
cap. 19. de
Ven. Circi.

Explicatio
Vrsi.

¶ Glossa.

¶ Sunt tamen
qui putent &
scribunt ad mo-
dum Septem-
trionem non
minores vrsos,
quàm vros re-
periri, immò
& maiores.
Græterum ad
ad hunc locum

6.

Hippiam laudans, Qui magno in cœtu prædicaui fabricatum semet sibi ampullam quog, Oleariam, quam gesta-
bat, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate, iuxtaq, honestam strigileculam, rectâ fastigatione clausu-
la, flexa tubulatione ligula, vt & ipsa in manu capulo moraretur, & sudor ex ea tiuulo laberetur. Symposius ænig-
36. sic depingit.

*Rubida, curua, capax, alieni humida gutti,
Luminibus falsis auri mentita colorem.*

Dedita sudori, modico succumbo labori.

Sed tu fortasse ex hac descriptione figuram nondum assequeris, quam ære descriptam spe-
ctabis melius lib. I. cap. 8. apud Mercurialem, qui has olim inter Traiani Imperatoris thermarum
ruinas, ait repertas. Philander ad lib. 5. cap. 11. Vitruuij figuram strigilis exsculptam tradit in mar-
more, ad balneas Paulli, in cliuo Quirinali, eam tamen non appressit. Strigiles porrò, si materi-
am spectes, ferreas (ferreas, inquam, non ferreos, vt Mercurialis, ne rei violati iuris grammatici
ad tribunal Prisciani sistamur) vel aureas, vel argenteas, vel corneas, vel æreas fuisse lego. Vsum
duplicem, ante balneas & in balneis. Antequam balneas ingrederentur, collectum in palæstra, in
conisterio & ceroma, sordesque & sudorem in alipterio, seu vñtuario strigilibus, seu ferreis, seu
alterius materiæ radebant, totumque puluerem cum sordibus ceromate destrungebant, quod
munus erat Mediastinorum, hoc est, humilium & vilium seruorum. Oleum porrò pulvis, & for-
des, quæ deradebantur, simul mixta in vsum medicum adseruabantur, & ab Atticis κοῖταλον, vel
κόιτην appellabatur, quod lib. I. cap. 30. Dioscorides. lib. 34. cap. 8. Plinius. lib. 8. simp. Med. Gale-
nus, aliique docent. qui se distringit, dicitur ἀποξυύουον, vel si vndique ποξεύουον. In balneis ve-
rò Galeni ætate strigiles è spongia fiebant, aut lino, suasque ferè secum quisque delicatior fere-
bat, quod à communibus abhorrebant. Persius Sat. 5.

I puer, & strigiles Crispini ad balnea defer.

PERGAMVS HAS MISIT) Ex Asia primum allatas dicit. Pergamus enim oppidum Asiae,
vnde & charta Pergamena, & vasa figlina Romam deportabantur. Quin Romæ etiam factæ sint
postea, nemo sanus dubitet. C V R V O) instar falcis enim quodammodo curuantur, vt in Mercu-
rialis imagine vides.

DESTRINGERE) Videtur interpungendus versus hoc modo:

Pergamus has misit, curro destringere ferro,

Non tam sepe teret lintea fullo tibi.

Vt, destringere sit imperandi modus, destringere destringitor. Si absque interpunctione le-
gas modo infinito, erit græca syntaxis: Pergamus misit strigiles, ferro destringere, vti te destrin-
gas illis in balneas; vel misit has tui destringendi causa, vel tibi destringendo. Ita Sallustius pro-
œmio de bello Iugurthino: nisi fortè quem inhonesta & perniciofa lubido tenet potentia pau-
corum decus ac libertatem suam gratificari, pro, gratificandi.

L I N T E A) Si probè te strigilibus destrinxeris, non contaminabis in balneo lintea, nec opus
erit ea tantoperè à fullone teri, quando illa lauabit. Fullonum enim erat munus non tantum ma-
culas eluere, cretare togas, sed lauare vestes.

Guttus corneus.

L I I.

XLVIII.

Gestauit modo fronte me iuuenius.

*Verùm Rhinocerotam me *putabis.*


Pauperum munus, sicut rhinoceros diuitum. Vfus erat gutti in balneis, in sacrificiis, in vfu
domestico. Fiebat è cornu tauri & rhinocerotis, è ligno & argilla. Dicitur est à guttis, quod vi-
num, aquam seu oleum guttatim funderet, vt auctor est Varro lib. 4. ling. lat. In vfu domestico
fuisse ostendit Gellius lib. 17. cap. 8. Guttum, inquit, hominum ore tenuis imprudens tanquam si inesset ole-
um affert, &c. Et mox. Adspicit puer guttum atrocibus oculis, & concussam vehementius iterum in ollam vertit, &c.
In sacrificiis vsum fuisse gutti docet Plinius lib. 16. cap. 38. Curius iurauit se ex præda nihil attigisse præ-
ter guttum saginatum, quo sacrificaret. De gutto balnei Iuuenalis Sat. 3.

—patellas

Iam leuat & bucca foculum excitat, & sonat vñth

Strigilibus, pleno componit lintea gutto.

Eundem fuisse cum lecytho, vel ampulla credunt aliqui. GESTAVIT FRONTE) Ex
cornu factus est guttus tantus, vt posset videri è naso rhinocerotis effictus;
fiebat enim, vt iam dicemus, gutti & ex rhinocero.



Rhino-

Rhinoceros.

XLIX.

LIII.

*Nuper in Ausonia domini spectatus arena.**Hic * erit ille tibi, cui pila taurus erat.*

E naso rhinocerotis vasculum corneum fiebat oleo seruando in balneis, quod rhinoceros *ῥινοκερας* appellabatur. Iuuenalis Sat. 7.

—Exitus hic est.

Tongilli magno cum rhinocerote lauari.

Hic ut Mercurialis refert, rhinocerotæ nonnulli labrum, in quo lauabantur exponunt, im-
peritè sanè, cum nec cornu sit tam capax. Et Martialis guttum corneum dixit tam similem, ut pos-
sit rhinoceros videri, non reor guttum fuisse labrum, in quo lauabantur, nisi fortè pulices aut
culices, sed vasculum olearium. Quod autem Mercurialis putet metaphoricè dictum nasum, &
scomma intelligendum apud Iuuenalem, sequius existimo; diuitem enim describit ibi caussidi-
cum, illamque dicit plurimas agere causas, qui cum rhinocerote, & magna turba comitatus la-
uet, qui annulos gestet, qui octo seruis feratur, decem stipetur, &c. Et vas esse balneis destinatum
ex Martiale constat, si neges Iuuenalem.

NUPER) Hic rhinoceros erit tibi nunc vasculum in balneo, cui nuper in ludo Amphithea-
trali taurus erat pila, qua de re lib. Amph. diximus ad illum versum:

*O quam terribiles exarsit pronus in iras:**Quantus erat cornu, cui pila taurus erat?*

Si legas erat, sensus erit: Hic Rhinoceros erat ipse, cui nuper in amphitheatro taurus pila e-
rat tibi, est casus communis, ut illud: Quid tibi vis, urbem quid Fabiane petis? Et illud: sed tibi non
creui, & hoc genus alia.

*Hic ille Græci-
derur, de quo
in Amph.*

Crepitaculum.

L.

LIV.

*Si quis plorator collo tibi vernula pendet,**Hac quatiat tenera garrula sistra manu.*

Crepitaculis, cymbalis, sistrisue vagitus infantium sisti docet non poëta tantum, sed vsus
ipse. SISTRA) Sistrum instrumentum erat Aegyptium è metallo arguto, quo in Isidis sacris ute-
bantur; ab agitatione nomen habet; Græcis enim *σίστρος* valet idem quod moueo, quatio; nam agi-
tatum & concussum, tinnitus argutos edebat, eratque parte sui superiore, ut scribit Plutarchus,
rotundum, celatusque in summo capsidis vertice vultus felis, qua concutiebatur Isidis facies.
Cymbalum interpretatur Hesychius. Sistra qualia in sacrificio adhibentur, cum sacra hostia tol-
litur. Crepitacula passim hodie à nugruendis circumferuntur. VERNULA PLORATOR) puer, aut
puella è seruo, vel ancilla, domi tuæ nata.

Flagellum.

LI.

LV.

*Proficies nihil hoc, cadas licet usque flagello:**Si tibi purpureo de grege currit equus.*

PROFICIES NIHIL HOC) Triplex occurrit interpretatio; si de factione ruffata, seu pur-
purea sis, non vinces prasinam, aut aliam factionem, quamuis assidue verberes equos tuos pur-
pureos, qui sunt multò tardiores prasini, &c. Ita suprà libro sexto epigram. 46. de Veneta di-
xit:

*Vapulat assiduo Veneti quadriga flagello,**Nec currit, magnam rem Catiane facit.* per ironiam.

Altera est. Equi è ruffata factione tam sunt celeres, ut non sit opus vllis flagellis, nec possis
celeriores efficere, si velis, labor est inhibere volantes, quæ contraria est priori. Domitianus (cui poëta
blanditur semper) factionem purpuream cum aurata cæteris primus adiunxit. Lege Panuinium
lib. I. de lud. Cir. c. 10. p. 22. Postrema videtur paulò longius petenda, ut equos è purpureo grege,
non intelligas è factione purpurea seu ruffata, sed è grege Purpurionis Aurigatoris factionis Pra-
sinæ. Aurigatores enim tam amarunt equos suos, uti sua illis nomina inderent, illorumque me-
moriæ ad posteros propagarent. Quod D. Basilus p. 84. docet: *ἢ δὲ δὲ πῦρ*, inquit, *καὶ ἀγλαὸς ἵππος*
τὰς αὐτῶν περιπροίαις ἐσημαίνονται, ὅτι πολλοὶ συμπαράσονται τῷ βίῳ τῶ μνήμῳ αὐτῶν ἐπαρόνοω. Iam, inquit,
sunt qui gregibus equorum sua ipsorum nomina indunt, ut eos una secum ad memoriæ vitæ posteræque transmittant.